




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-611228-p0003-6

DFG







12581.

D. A.

# *DISPUTATIONEM JURIS FEUDALIS*

De

# EXPECTATIVA IN CASUM MORTIS CONCESSA,

# Consensu Magnifici VVittebergensium Jutorum Ordinis

*VIRI*

# RECTORIS MAGNIFICI

*NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI  
ATQUE EXCELENTISSIMI,*

DN. WILHELMI LEISERI,  
JCTI & ANTECESSORIS HUIJUS ACADEMIAE  
FAMIGERATISSIMI, CURIÆ ELECTORALIS, SCA-  
BINATUS, AC FACULTATIS JURIDICÆ ASSES-  
SORIS GRAVISSIMI.

PATRONI AC PRÆCEPTORIS SUI SUB-  
MISSE ÆTATEM SIBI DEVENERANDI

**Publicè habebit in AUDITORIO JC TORUM  
horis consuetis d. Julii**

# CHRISTIANUS ADAMUS SCHLEUSIN- GIUS, DOBRILUCA-LUSATUS

Literis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.



AVILA ALMUDENA 21  
ESTACION MUZADO VI  
1885-100

1800-1805 1800-1805

# ИЗДАНИЕ СМОТРИ

IRVING H. WILSON

15.000.000.000.000



IN NOMINE DOMINI NOSTRI  
JESU CHRISTI  
ad omnia consilia omnesq; actus semper progredi-  
mur l. 2. C. d. off. Præf. Præt. Afr.



Votiescunque Veteres JCti Ju-  
ris materiam aggrediebantur ab uti-  
litate plerumque & frequenti usu e-  
am commendabant; dubio procul e-  
um ob finem, qvò Auditorum aut le-  
ctorum animos attentiores redde-  
rent, sicuti constat ex l. 1. ff. d. negot. gest. l. 1. de in inte-  
gr. rest. l. 1. ad exhib. & multis aliis. Ejusmodi autem  
commendatione feudorum materias ( de quali & nos in  
præsens tractaturi sumus ) haud indigere puto: Quippe  
cum nullus vel mediocriter saltem in Jure versatus ejus utilita-  
tem & necessitatem maximam esse inficias ire possit, præsertim  
cum in Imperio Romano - Germanico nullum Regnum, nullus  
Ducatus, Comitatus, Baronatus, imo nullum oppidum ferme  
reperiatur, in quo Juris Feudalis cognitio non sit necessaria.  
Schultz in præf. Synops. Jur. Feud. Inter insignes verò  
hujus Juris materias cum, secundum Bocerum in tract.  
d. Invest. partit. non insimum locum obtineat qvæ est  
de feudi investitura, Expectativa autem ( de qua dispu-  
tatio nostra conscripta est ) ad Investituram vulgo refe-

A 2

ratur

ratur Dn. D. Svevus Exerc. feud. VII. assert. 3. & nos o-  
peræ pretium facturos esse existimo, si materiae hujus  
tractationi, tanquam rei cognitu maximè necessariae &  
ad communem vitæ utilitatem spectantis, plusculum  
temporis impendamus. Licet autem satis intricata in-  
finitisqve fermè difficultatum mæandris circumsepta  
sit, ut facilè inde præsciverim, me minus concinnè de  
ea disserturum esse, nolui tamen idcirco proposito su-  
perfondere, cum etiam aliqvid sit prodire tenus, si non  
datur ultra : Fragrosa insuper plerumqve spinosa sunt.  
Et levium metallorum fructus in summo est, illa opu-  
lentissima sunt, qvorum in alto latet vena, assiduè ple-  
nius responsura fodienti. Qvare in patentissimas con-  
suetudinum harum oras me conferre, & materiam hanc  
aliàs longè lateqve patentem aliquot assertionum can-  
cellis includere, placidæqve disceptationis aleæ, majoris  
informationis ergo submittere constitui. Qvod ut fe-  
licius suscipiatur, facilius dirigatur, ac optatius perfi-  
ciatur,

Heu sex axe poli venias Trinuna Potestas,  
Lumine corda regas, Numine corda tegas!

## ASSERTIO

### I.

**H**is ita præfationis loco, secundum illud JCti in pr. ff. d. O. J.  
præscriptum, præmissis, protinus ad ipsam præsentis mate-  
riæ tractationem absqve longiorib. verborum ampullis profilie-  
mus; si prius de Investitura, melioris cognitionis ergo, qvam be-  
nè vel malè ipsa hæc nostra istius speciebus connumeretur Expe-  
ctativa, qvâ ratione Investitura adhuc dici queat, qvosqve inde  
effectus sortiatur &c. aliqva præmiserimus.

**II.** Cum verò nihil in rerum naturâ explicari, nihilqve de-  
monstrari possit sine sermonis verborumqve rem significantium  
bene-

beneficio, & in omni, præcipue vero Juris nostri arte, rerum posterior, verborum autem prior habeatur ratio l. 1. ff. d. j. & J. l. i. ff. §. i. d. suspect. Tut. l. i. ff. d. reb. cred. &c. in notationem vocabuli Investituræ prius inquirendum puto.

III. Qvod itaq; originem vocis attinet, nonnulli Germani tribuunt, derivantq; à vocabulo vest/ vesten / vestigen / ita ut vestire sive investire sit confirmare, stabilire, quasi investen & investitura, confirmatio quasi investung. Schnob. Disp. feud. 5. th. 2. Ungep. Exerc. feud. 4. th. 2. Bocer. l. c. cap. i. n. 15. à qvâ origine titulos quoque vest/ Ehrenvest/ quasi retinens & servans honores, quidam deducunt. vid. Dn. D. Svevum Exerc. feud. 7. ass. 2. Schulz. l. c. cap. 9. n. 3. Alii latinis acceptum ferunt vocabulum, ut sit à latino vocabulo veste, investire, adeò, ut sicut homo vestibus vestitur, ita Vasallus quodammodo feudo per ejus traditionem vestiatur; ad instar vocabuli immantare in historiis Longobardorum pro investire usurpati, à vestimenti quodam genere in collatione feudi plerumque adhibiti; sicut è contra de vestire in Jure Feud. significat aliquem feudo exuere & privare. i. F. 7. I Vultej. lib. 1. de feud. c. 7. n. 4. Svevus Exerc. cit. Struv. Synt. Jur. feud. cap. 8. aph. 1. ibi in exeg. Schulz loc. cit. Carpz. disp. feud. 6. pos. sit. 2. cum qvibus & nos facimus. Propterea autem prioris sententiae defensores tam acriter pro Germanis pugnant, qvoniam, cessò alterius alicujus nationis lingvæ vocis Etymo, & ipsi ipsius rei origini, qvam tamen hactenus Feudistæ fermè omnes unanimiter Germanis adscripsere, decadere quid putant. Verum huic dubio ex asse satisfecit Beierus in suis ad Schnob. loc. cit. additt. Quicquid demum sit de vocis Etymo de eo satis constat, qvod Investitura significet solennem aliquam Juris cuiusdam qvod in re conceditur vel qualitatis, qvæ personæ tribuitur confirmationem vel collationem, ut optimè infert Struv. loc. cit.

IV. In Jure autem nostro Feudali tribus potissimum accipitur modis. Velenim denotat (1.) Scripturam sive instrumentum super Investituræ actu consignatum germ. Ein Lehen-Brief/ 2. F. 2. §. 2. 2. F. 8. 2. F. 18. 2. F. 58. vers. idcirco &c. Vel (2.) ipsam possessionem 2. F. 2. vel deniq; (3.) & frequentius ipsum investiendi actum significat, germ. Die Belehnung oder Lehen-Empfangnuss

i. F. 25. 2. F. 1. in f. 2. F. 2. 2. F. 11.. pr. & 2. F. 33. qvæ significatio investituræ genuina est Schulz. loc. cit. n. 4. Svevus l. cit. Vultej. cit. l. n. 5. & alii. Et commodissimè ad hunc ipsum actum signandum vocatur Investitio i. F. 26. & 28.

V. Describitur juxta postremam acceptionem Investitura: Traditio & cessio Feudi solennis per qvam Dominium feudi Vasallo fidem promittenti utile acqviritur Vultej. i. F. 7. n. 6. Svevus. l. cit. Carpz. cit. loc. vel secundum Bocerum c. i. n. 1. aliosq; : actus solennis qvo Dominus Vasallo fidelitatem promittenti feudum cedit. Per contractum definiunt nominatum qvidem & bona fidei Schnob. cit. disp. th. 3. innominatum vero & stricti Juris Ungep. cit. disp. th. 1. & qvi ipsos seqvuntur. Qvibus se se opponunt Dn. Svevus & Struv. ll. citt. qvi videri possunt.

VI. Prætermisâ brevitatis studio & qvoniam hanc de Investitura materiam in tantum saltem in quantum ad propositum nostrum facit tractandam suscepimus, uberiori explicatione distinctionis Investiturae, qvâ in Novam & Veterem dispescitur, & illa, per qvam primò feudum qværitur germ. Die Lehens. Empfängnūß; hæc renovatio Investiturae germ. die Lehens. Verneuerung ab Autoribus indigitatur: qvæ aliàs omni dubio caret, Svev. loc. cit. assert. 3. nos cum Carpz. Disp. cit. posit. 3. Struv. loc. cit. Schnob. Disp. cit. th. 4. Svevo cit. loc. Rosenthal. cap. 6. concl. 2. & 3. Schrad. part. 5. cap. 2. & 3. alii sq; eandem in Propriam & Abusivam distingvimus, ita ut sit:

VII. Propria Investitura: qvâ, verâ rei feudalit traditione & possessio & utile ejus Dominium in Vasallum transfertur.

VIII. Abusiva sive improoria: qvâ per hastam vel aliud quoddam corporeum rem feudalem repræsentativum utile feudi Dominium in Vasallum transfertur.

IX. Probamus hanc nostram divisionem ex. c. un. 2. F. 2. Et licet Vultej 9 i. F. 7. n. 10. expressum hunc textum impugnare aggressus sit, per exemplum emtionis venditionis. Tanti momenti tamen haud erunt ejus inde petita argumenta, ut, qvod vult, evincant; cum planè diversa ratio sit in emtione venditione qvam in Investitura, uti ex hoc capite refutatur etiam à Dn. Bocero c. 2. n. 81. d. Invest. Bene Dn. D. Svevus loc. cit. assert. 3.

Cum

Cum & rem ipsam habeamus in Jure Feudali , duplicitis nimirum In vestiture , quarum altera reali traditione & in possessionem indu stione , altera basia vel alio aliquo corporeo signo traditionem repræ sentativam fiat , ipsas quoq; appellations expressas habeamus , illam quidem Investituram propriam dici , hanc vero abusivam 2. F. 2. utiq; & rem & appellationem , quæ moribus & tempore sedem suam inter feudalia fixam habet , & omnium Juris Feudalis Interpretum catholica est , pro lege retinemus , non attentis , quæ ex Logicorum præceptis opponit Vultejus .

X. Circum propriam Investituram adhuc notandum est , quod præter veram traditionem , (quæ , uti in rebus mobilibus , fit , cum res de manu in manum traditur ; ita in immobilibus , per in fundum inductionem ,) factis ea quoque tradendi modis nonnullis quam peragatur . Interim eodem planè effectu , ac per verum tradendi modum si fiat ; quia facta illa traditio v. c. si fundi vacuum possessionem de turri demonstraverit tradens , in jure pro verâ habetur v. l. 18. §. 2. L. 1. §. si jusserrim ff. d. acqvir. vel amitt. poss. Huc quoq; pertinet , si Dominus alicui coram paribus curiæ dixerit , *Vade in possessionem illius fundi & teneas illum pro Feudo* . Liceat enim non intercessit investitura , tamen tale est ac si intercessisset 2. F. 33. h. c. licet possessio verè per inductionem in feudum in Vasallum translata non esset , quod tamen tale sit ac si intercessisset , h. c. ac si realiter in feudum inductus esset ; quia ita Voluntate Domini possessionem fundi nanctus est , feudi nomine . Sicut & pro vera investitura ac translatione in Vasallum possessionis habetur quando aliquo tempore , Domino præsente & non contradicente , servitiumq; ejus inde quasi à Vasallo recipiente , aliquid loco feudi possedisse quis probaverit , cit. tit. 33. Qvibus non obstat l. 5. ff. d. aeqv. poss. ibi enim ut & C. eod. l. 7. improba saltem possessio , quâ contra Voluntatem Domini quis possessionem alicuj; fei nanctus est , rejicitur ; in nostro autem casu Dominus tacens nec occupanti repugnans consensum præbuuisse suum videtur l. 142. ff. d. R. J. juncta l. 12. ff. d. Sponsal. Vide Struv. l. cit. aph. II. ibi in Exeg. alios .

XI. Cæterum per investituram propriam Dominium utile & possessionem in Vasallum transferri , sicut omnes facile conceidunt ,

dunt; ita plurimi è contra abusivæ utrumq; planè denegant. Cum autem hâc ratione omni effectu, respectu contrahentium penitus destitueretur, nudaq; potius esset Solennitas & purus verborum Ius sine re, qvod utiq; contrahentes voluisse minimè putandum, ipsiscalcnlum nostrum hâc in parte adjicere haud possumus. Sanè qvi ita dicit: Investio te de hoc feudo, idq; coram testibus legitimis dicit, omnia præterea solennia Investituræ adhibet, non potest non aliud velle quam nudam solennitatem sine effectu. Ne autem id solis rationibus contra leges adstruere videamus, militat pro nobis textus 2. F. 8. §. Rei autem. Ubi Vasallus simul ac investitus est, à qvolibet possidente, tanquam Dominus vindicare potest. Qvi textus utiq; Dominium aliquod presupponit, cum ex solâ obligatione nulla detur rei vindicatio §. Omnim autem actionum J. d. Act. adde 2. F. 88. Qvi ambo textus expresse probant, Dominium sine possessione acquiri optimè posse. Acqvirit itaq; Vasallus ex Investitura abusiva, quamvis non possessionem, utile tamen Dominium. Qvoad possessionem autem, quamvis ipsam Vasallo denegent, præclaros tamē alios effectus leges feudales ipsi tribuunt. Cogitur enim Dominus ipsum si facultatem tradendi habeat, mittere in vacuam possessionem nec præstando interesse liberatur 2. F. 26. §. si facta. Ipse præterea Vasallus vacuam possessionem nemine resistente, propria authoritate, ingredi potest; cum intelligatur tacitam fuisse Voluntatem Domini abusivè aliquem investientis, qvod eundem etiam voluerit feudi possessorem. Id qvod approbat qvoq; Jus feud. Sax. cap. 57. vers. Unterwindet sich aber auch der dem das Gedinge oder Anwartung am Guthe zuvor geliehen wahr/ eher denn der Herr/ex verleuert damit nichts &c. junct. ib. Gloss. lit. d. & Gloss. LehnR. c. 10. sup. verb. Wenn sich aber der Herr wegerre lit. e. cum similibus, referente id Dno Schulz. l. cit. c. 9. n. 9. 10. 11. &c. Vide plura ap. Dn. D. Svevum l. cit. assert. 4.

XII. His ita præliminariter quasi perspectis, ad materiam ipsam Disputationis nostræ progredimur. Dicitur autem Expectativa ita ab effectu conditionis, cuius existentia est expectanda. Hinc germanicè dicitur Die Anwartung/LehenR. c. 55. vers. ult. Ein Geding/LehnR. c. 7. & 57. & passim à DD. Ein Expectanz/Lehens-

hens Expectanz / Antwortschafft / Anwarkung auff eines andern Le-  
hen / aufzgebethen Lehen. Ein Gnaden-Lehn / qvoniam utplurimū  
bene meritis à Principibus conceditur. Vocatur item Investi-  
tura in casum mortis , caducitas successionis , sive successio ca-  
ducitatis ein Angefall it. Superinfeudatio , qvod alteri alterum  
Vasallum quasi superaddat, & superinfeudet Dominus ; & qvæ a-  
liæ ab Autoribus passim recensentur denominationes. Struv. cap.  
7. aph. 4. ibi in Exeg. Schnob. Disp. feud. 5. th. 27. Beierus ad h. I.  
Sveus cit. disp. assert. 9. Vultej. i. F. 7. n. 65. &c.

XIII. Definitur Struvio in genere Expectativa cit. loc.  
qvod sit jus succedendi in feudum à Domino sub conditione , si  
ad ipsum redierit, etiam sine consensu Vasalli possidentis , pro-  
missum. Qvæ definitio per omnia huic nostræ, de qvâ in Specie  
in nostrâ hac Disputatione agimus, Expectativæ commodissimè  
applicari potest , unico addito modo certo , ut sit: Jus succe-  
dendi in feudum à Domino sub conditione si per mortem Va-  
salli sine legitimis successoribus decedentis ad ipsum redierit,  
etiam sine consensu Vasalli possidentis, promissum. Qvæ addi-  
tio, qvid operetur, infra videbimus.

XIV. Et rectè qvidem dicitur Jus succedendi promissum ,  
quia & promissio potius est de investiendo qvam ipsa Investitu-  
ra. Qvod etiam vult Rosenth. quando cap. 6. concl. 7. n. 4. & 5.  
Ille, inquit, abusivè vocat Investitaram , qvæ revera non est , sed  
salem promissio de investiendo. Promissio autem de infeudando ,  
non statim est Investitura; qvippe qvâ vel acqviritur feudum ple-  
nariè una cum possessione , vel ejus tamen utile Dominium ,  
qvod sane de hac nostra promissione dici haud potest ; cum &  
possessio & utile Dominium penes Vasallum pristinum adhuc  
maneat. Qyapropter nec Dominus qvoq; alterum in posse-  
sionem mittere potest, nisi cum consensu possessoris i. F. 3. nec  
solennia insuper in Investiturâ aliàs adhiberi solita , nec pares et-  
iam de necessitate reqviruntur , Rosenth. cap. 6. concl. 6. & ibi  
gl. Sed sufficit instrumentum vel literæ manu sigillovè Domini  
corroboratæ germ. Die Angefalls Verschreibung it. Expectanz  
Schein ; per qvas etiam non vero breve testatum durch einen Le-  
hen-Brieff oder Muthzeddel in Cancellariis Principum expediri  
solet , tali fermè formula : Wir N. N. bekennen und thun fund/  
B das

daz wir Unsern lieben Getreuen M. M. auf sondern Gnaden/damit  
wir ihm geneigt sind/und in Ansehung seiner unterthänigen getreuen  
und nützlichen Dienste/ die Er Uns bisher vielfältig bewiesen / und  
Uns ( und unsern Erben) forthin wohlthun soll und will/ gnädiglich  
ugesagt und bewilligt/sagen zu und bewilligen auch hiermit und in  
Krafft dieses Brieffs vor Uns und Unsere Erben ihn mit den Dorff  
M. welches unser auch lieber Getreuer M. M. von Uns zu Lehen  
erragen/so bald dasselbe Uns/ als den rechten Lehn-Herrn wiederum  
heimfallen möchte/(ita generaliter concipitur Expectativa, specia-  
liter sic : So fern gemelster M. M. ohne Lehns-Erben verster-  
ben / und also dasselbe Uns/ als den rechten Lehns-Herrn wiederum  
heimfallen möchte)gnädiglich zu beleihen und zu begaben / welches  
Er auch alßdann von Uns zur Mann-Lehen empfangen / bemantten  
und bedienen/ auch derowegen Lehnspflicht ihun soll / Immassen be-  
nanter M. M. und seine Vorfahren allwege vorhin gethan / und sich  
laut der alten Lehen-Briefe zu thun gebühret / treulich sonder Ge-  
fehrde/zu Uhrkund &c. Schulz. dict. c. 9. n. 47. Ex qvâ formulâ  
facile constat, investitaram demum post conditionem existen-  
tem. petendam esse; ex verb. Er auch alßdann von Uns zur Mann-  
Lehn empfahen/it. ihn mit den Dorff zu belehn &c. In casu au-  
tem quo intervenit simul Investitura abusiva puto taliter quali-  
ter, quamvis non ut Expectativam, sed tamen ut Expectativam  
Investitura abusiva corroboratam, Investitura adhuc dici pos-  
se, qvâ & tunc effectus quoqve conditione existente capit abusi-  
væ Investituræ. Qvo collimare videtur Rosenth. cit. concl. 6. n. 4.  
ubi dicit: His jam collectis post inveni Hartm. Pif. id ante me scrip-  
isse q. jur. lib. 2. p. 2. q. 30. n. 4. & multis seqq. ubi præcipue agit, si a-  
licui feudum viventis in casum mortis sine parium præsentia promis-  
sum sit, promissionem illam subsistere; Qvod admitto, nisi per abusi-  
vam Investitaram sine parium præsentia hoc promisisset. Quem ca-  
sum intelligi quoqve puto quando in Tit. 26. F. 2. & alibi Expecta-  
tiva INVESTITURA dicitur. Posset etiam, ut ultimo loco hoc ad-  
dam, Investitura dici conjunctim summis vocabulis Expectativæ  
& Investituræ, ita ut non simpliciter dicatur Investitura, ( nec e-  
nim ad ullam Investiturarum speciem, & hoc modo, referri po-  
test,) sed Expectativa Investitura , hoc est , qvæ in alterius feu-  
dum expectatur, conditione, sub qvâ promissa, existente perfi-  
cienda;

cienda; *Eine Anwartsende Investitur*; sicut & germ. dicitur *Ein Anwarths-Lehn*/ ob leam rationem quod expectetur.

XV. Requisitum Expectativæ est, ut fiat sub conditione, si feudum revertatur ad Dominum, purè enim facta talis Investitura non valet i. F.9. 2.F.35. nisi Vasallus feudum possidens huic Investituræ consenserit Schrad. part.3.c.2. n.19. Bocer. c.5.n.15. quamvis & eo modo in simultaneam potius degeneret Investituras, quam amplius expectativa nominanda ut sit, vid. Dn. Struv. cap.7. aph.5. in Exeg. n.2. Adeo autem hanc sententiam, quod nim. purè facta Expectativa non valeat, veram esse afferit idem Struv. l. cit. n.5. in Exeg. *ut etiam si possessor sine liberis decesserit, non tamen Investitura purè facta robur accipiat, nec Dominus inde obligetur: quia quod initio non valet, non potest tractu temporis convalescere* l.29. de R. J. *Et quæ ab initio inutilis fuit institutio ex postfacto convalescere non potest* l.110. eod. Excipiunt quidem à Vultejo l. F.5. n.13. citati Bald. & Alvarot. duos casus, (1.) Si investitura facta sit stipulazione interveniente. (2.) Si investitus Vasallus novus possessionem feudi nactus fuerit. Verum Respondetur (1.) ex ll. citt. d.R. J. & deinde cum Vultej. cit.l. Tolli ita differentiam inter purè & sub conditione factam Investituras, quæ tamen accurate distingvitur, cit. cap.35. Feud. lib. 2.

XVI. Promissionem hanc feudi alieni, cum primis eam, quæ in casum mortis certi Vasalli possessoris concipitur planè illicitam, iniqvam & injustam quidam esse statuunt, quos referunt Struv. c.7. aph.5. ib. in Exeg. n.3. Carpzov. disp. cit.6. posit.36. Schulz. cap.9. n.46. in f. & Bocer. c.5. n.15. seqq. Argumenta autem ipsorum sunt (1.) quod Jure Civ. prohibitum sit pacisci de successione & hereditate viventis l.f. C. de Pact. (2.) Quod inducat captationem mortis alienæ, & taliter investitus desideret mortem proximi; cuiusmodi pactiones odiosæ & plenæ tristissimi & periculosi eventus ac contra bonos mores esse dicantur Jure Civ. cit. l. ult. Hinc Vultej. l. F.7. n.65. argumentatur: *Pactum, quod alterius mortis captandæ votum & occasionem præbet, est contra bonos mores, adeo quod illicitum: Ejusmodi est pactum, quod fit in Investiturâ factâ sub conditione, si Vasallus decesserit. Est igitur contra bonos mores adeo quod illicitum.* Maj. probat ex cit. l. ult. Min. ex corruptâ hominum naturâ inordinatoq; sui ipsius amore desumit. (3) Adducunt Jus Can. ut-

pote quo ejusmodi concessiones præbendarum rejiciantur c. 2.  
d.concess. præb. & c. 2.3. eod.in 6. Verùm R<sup>2</sup>. ad primum : Dispu-  
tari ex diversis principiis. Deinde planè diversus à nostro ibi pro-  
ponitur casus; cum de alienis rebus ibi fiat dispositio, qvod testan-  
tur ultima legis verba : *Cum in alienis rebus contra Domini volun-  
tatem &c. in nostro autem casu Dominus non de rebus alienis sta-  
tuat, aut quæ posidentis propriæ sunt, quâ ratione alias Jur. Civ. ta-  
lia pacta quasi votum captandæ mortis ( alterius ) inducentia impro-  
bantur, sed de suis rebus quondam scil. ad se reversuris. Spem verò  
futuræ actionis vel rei, sibi competitur et transferri posse non immerito  
placuit l.3. C. d.donat.Dn.D.Svevus cit. Disp. affert.3. Schrad. part.3.  
cap.2. n.17. in f. Denique feudum non est hereditatis pars ; de feu-  
do ergò pacientes de hereditate pepigisse non dicendi Beier. ad  
Schnob. Disp. 5. th. 27. Ad ( II. ) facile responderi potest : Fit enim  
hoc non per se, sed per accidens ; & si propter abusum alicujus rei  
verus ejus usus tollendus esset, certè multa, quæ alias maximum in  
vita communi usum præbent, è medio essent tollenda, nec ultima  
restatio valeret, nec donatio mortis causâ ; quia & hæ pactiones  
ex accidenti occasionem mortis alterius captandæ secum ducunt,  
Et, quid est in usu hominum bono ac licto, unde non posit etiam per-  
nices irrogari, inquit Augustin. c. 8. fin. in q. 5. XXIII. Certè solem  
ipsum è mundo tollere necesse habent tales scrupulosi nimis, ne  
& inde occasionem iterum sumant homines, qvod olim Ethnicos  
fecisse constat, adorandi eum. Argumentum Vulteji, præterquam  
qvod alii multi ipsi satisfaciant DD. ipse in fin. cit. n. refellit h. m.  
Et si verò hic etiam desiderium mortis Vasalli subsit ( per accidens ) non  
est tamen metuendum, ut is, qui sub conditione illâ investitus est mor-  
tem Vasalli sit acceleraturus, qvod periculum Justin. in dict. l. fin. ca-  
vere voluisse videtur, siquidem existimaremi, investitum sub conditione  
illa jure suo omnino privandum, si mors Vasalli ipsius facto aut culpâ  
acceleraretur : ( adde qvod hoc ob minimam etiam suspicionem  
insidiarum Vasallo structarum fieri possit. Beier. ad Schnob. cit. l. )  
Et vero tanto minus id periculum hoc casu metuendum est, qvoniam  
investitus ex conventione certus est, qvod feudum in casum mortis  
Vasalli obventurum sit ipsi vel heredibus, qvod non est in eo, qui ha-  
bet spem successionis in hereditate, utpote quæ factio ejus, cuius bona  
sunt, facillimè auferri possunt. Qvod etiam mutatis mutandis &  
cate-*

cæteris paribus ad argumentum (III.) ex Jure Can. petitum responderi potest; præterquam qvod Juris Can. huc non spectet ordinatio, qvod agat de beneficiis Ecclesiasticis, qvæ sancte citra omnem occasionem mortis captandæ acqvienda esse statuit hoc Jus. Struv. l. cit. n. 4. in Exeg. in f. Cum itaqve hujusmodi feudi promissio neqve per se, qvod supra probatum; neqve moribus, qvod itidem citati txx. J. F. demonstrâunt; neqve Jure Civ. qvod probant l. 25. & 38. ff. de usufr. talem de usufructu dispositionem permittentes; neqve Jure Can. qvod jam dictum; neqve feudali Saxon. illicita sit, confirmante id cap. 5. LehnR. Zweyen Mannen mag der Herr ein Guth leihen/ also daß einer die Gewehr daran habe / der ander das Geding / also / ob dieser / so die Gewehr hätte/ ohne Lehns-Erben stürbe / daß der ander sein Geding daran behielte/ & cap. 57. Leihet ein Herr Frauen oder Mannen ein Geding am Guthe/ das eines andern ist/ stürbt denn dieser/ der es besitze/ und in Gewehr hat/ so ist die Gewehr des Guther erstorben (mit saint den Guthe) an dem/dem des Geding geliehen war/ it. Novell. Illustriss. Elect. Sax. August. part. 2. Const. 45. 3 nec præterea ex ullo Juris naturæ præscripto deduci possit iniqvitas talis Expectativæ, & nos licitam, æqvam ac justam eam esse asserimus, firmiterqve statuimus; modo non, ut suprà monitum est, purè fiat, sed sub prædicta conditione.

XVII. Ex hâc autem conditione resultat ipsius Expectativæ commoda satis divisio, qvâ alia dici potest generalis, alia specialis: Generalis, qvando de incerto, qvod primum omnium aprietur, feudo Vasallo facta est promissio; & dicitur Jure Feud. Sax. c. 7. Ein Irrlehn/ ein irre und ungewiß Geding &c. c. 55. Anwartsung an eines unbekanten Mannes Guth; Specialis: qvando respectu certi & nominati feudi Vasallo fit promissio: & vocatur dict. c. 7. ein benant Geding/& c. 55. Anwartsung an eines benanten Mannes Guth. Huc referri etiam potest, & qvidem ad generalem, qvando qvocunque modo; & ad specialem, qvando sub certo modo, puta per mortem vel feloniam si aperietur Vasallo de Successione à Domino fit promissio, qvæ ultima sub modo mortis Vasalli sine liberis hujus loci est.

XIX. Nec vero effectu suo hæc nostra destituitur divisio.

Primo enim si in genere ; quodcumque primum ex omnibus aperietur, alicui promissum sit feudum, teneri Dominum stare illi promissioni, ex Jure non tantum Feud. communi, verum etiam Saxonico probari afferit Vultej. i. F.7. n.67. & citat in suam sententiam Pist. q.25. n.36. Fachin. 7. Controv.28. & Rosenth. 4. F.9. n.4. Deinde ob specialem certi ac nominati feudi promissionem Dominus obligatur Vasallo, vel ad tradendam rem, si conditio extiterit, & facultatem alias tunc tradendi habuerit; vel ad interesse : Si vel possessor feudum promissum ex natura & pacto feudi, ignorantibus hoc cui promissum, alienaverit ; vel Dominus ipse alienari permiserit ; vel existente quidem conditione, ante traditionem tamen alium in possessionem miserit; vel etiam e. gr. fundum Tusculanum , post mortem Titii Vasalli aperiendum & devolvendum alicui promiserit, (ut si dixisset : *post mortem Titii feudum mihi aperietur, quod tibi promitto :*) posteā autem appareat, superesse adhuc alias masculos, hujus Feudi post Titium ex primā Investiturā capaces, vel id esse fœmineum , ille autem cui promissum erat hoc ignoraverit, &c. Rosenth. c.6. concl.9. & 18. & qui alii casus circa hanc materiam emergere possunt, quibus Dominus ipse obstatu est, quo minus is, cui feudum promisit, illud consequi possit.

XIX. Ex altera generalis promissionis specie, si simpliciter dixerit Dominus : *Dabo tibi quando aperitur vel si aperiatur, quoniam tanquam in indefinita locutione omnes casus apertoris quomodo cumque siant complexus videtur, & indefinita alias regulariter universali æquipollent,* Rosenth. d.c.6. concl.19. num.7. simpliciter quoque obligatur Vasallo ad tradendum feudum, quomodo cumque sive per feloniam sive per mortem ad ipsum perveniat. Circa ultimum autem divisionis nostræ membrum notandum : *ante omnia mentem contrahentium diligenter attendendam* & porro verba exactè inspicienda esse, Rosenth. d. n.7. Si enim Dominus feudum ita promiserit : *Si Titius id commiserit ; & id is non commiserit, sed ob defectum agnatorum feudum ad Dominum devolutum sit, vel etiam aliud, quam in quod compromissum erat, facinus commiserit, frustra id exigeretur ; cum conditio,*

tio, qvæ secundum mentem contrahientium Titii possessoris personam & certum aliquod feloniae genus respiciebat, non extiterit; secus si dixisset: *Si per feloniam feudum istud mibi aperietur;* tunc enim quia certa persona non denominata, feudum vero certum indigitatum est, tamdiu is, cui ita promissio facta, & heredes ejus, si tempore ipsius vitae conditio non extiterit, ad feudum tali modo promissum jus & spem succedendi habent, usque dum aliâ ratione v.gr. per refutationem aut casum deficiencie ad Dominum pervenerit... Si autem nullâ certâ feloniae determinatâ specie de certâ tamen personâ Dominus dixerit: *Si hic Titius feloniam commiserit, promitto tibi ejus feudum,* tunc quodcumque commiserit Titius, Dominus promissionem adimplere tenet, mortuo autem Titio & ad heredes ejus feudo devoluto, Dominus amplius ei obstrictus non est, quamvis maximè deinde per feloniam heredum Titii sibi apertum sit, quia semel conditio, qvæ feloniam in certa Titii personâ reqvirebat, una cum morte ejus evanuit, amplius non extitura. Par ratio obtinet quoque in nostro casu, quando Dominus feudum alicui per mortem Vasalli sine liberis sibi obventurum promittit, tunc enim si aliâ ratione v.gr. per feloniam sibi apertum sit, non tenetur promissis stare, quamvis maximè deinde post amissum feudum sine liberis moriatur Vasallus. Contra ac sentit Vultejus 1. F.7. num.71. Rationes ejus potissimæ sunt: *Qvod conditio existat, si Vasallus feudo privatus posteà sine liberis decederet;* qvod facto alterius nemo prægravari debeat; præterea qvod stet per Dominum, quo minus impleatur conditio; qvod non procederet &c. Verum respondetur ipsi à Struv. cap.7. aph. 5. num. 8. in Exeg. & Rosenth. supra cit. l. (qui quidem excusationem ipsius suscepisse videtur, sed videtur, cum in toto fermè capite occupatus sit in eo refutando) Ubi inter alia, *Occurrit mibi contra hæc, inquit, qvod Titii factum propterea noceat, quia conditio sive modus in ejus personam collatus est, nec Dominus ejus implementum principaliter impedit, sed saltem in consequentiam, cum Vasallus delinqvit, ei adimit feendum, quo casu fallere videtur regula:* cum non stat &c. præser-  
tim ubi dolus tertii maneret im impunitus. Et circa finem hujus

cap.

cap. qvod conditio voluntaria solum specificè & non per æquipollens implenda sit, contra ipsum Vultejum limitantem hanc regulam, allerit. Manet igitur firma hæc nostra sententia, qvod Dominus concedens feudum, sub conditione, si Vasallus possessor, herede feudali non relicto decesserit, non simpliciter in casum cuiuslibet aperturæ feudum concessisse, sed potius jus ex feloniam aliisqve conditionibus sibi competens integrum servasse intelligatur. vid. Struv. loc. cit. Et hoc est, qvod supra in definitione dicturi eramus; distingvitur nempe ita, & per hoc unicum ab omnibus reliquis, qvomodo cunque concedantur, Expectativa-rum speciebus, hæc ipsa nostra in casum mortis Vasalli concepta Expectativa: In cæteris convenient.

XX. Sed an valeat quoque talis Expectativa in casum mortis Vasalli filios feudi successores tempore promissionis habentis concessa, adhuc controvertitur. Negant Schrad. part. 3. cap. 2. num. 20. Vultej. 1. F. 7. num. 68. in f. Bocer. c. 5. num. 17. Affirmant Struv. loc. supr. cit. num. 10. in Exeg. Svevus assert. 9. Schulz. cap. 9. num. 53. Nos ab affirmantium parte stamus (1.) ob textum feudall. generalitatem, in primis 2. F. 35. ubi expressè dicitur, investituram sub tempore vel sub conditione, quo feudum sibi aperiatur factam valere. (2.) Qvia conditio in casum deficien-  
tiae demum operatur Dn. Svev. 1. cit. (3.) Qvia usu & pra-  
xi approbata hæc nostra sententia est, ac confirmata. vid. Schulz.  
cit. 1. & ibi allegat. Pist. lib. 2. qvæst. 25. num. 20. cuius argumen-  
ta recenset quidem Vultejus dicto loco, sed an Fachin. satisfaci-  
ant, affirmare non audet. (4.) Qvia quamvis multos liberos ha-  
beat Vasallus, tamen ante ipsius mortem haud dici potest, an si-  
ne herede an herede relicto diem suum obiturus sit, ob fatum,  
qvod nemo mortalium declinare potest; Sicut nec certò affirma-  
re potes, qvod is, qui eo tempore, quo alteri in casum deficien-  
tiae feudum ipsius promittitur, nullos liberos habet, sine illis  
etiam decessurus sit; cum florentissimas familias sæpè unius an-  
ni spacio planè decrescere, imò nonnunquam etiam penitus  
interire, interitui è contra proximas vires reassumere & in sum-  
mas amplissimasqve familias efflorescere iterum quotidiè vi-  
deamus.

XXI. Qvod

XXI. Qyod si autem Vasallus feudi illius possessor, cuius Expectativa concessa est, tempore [qvidem] promissionis nullos liberos habeat, postea autem susceptis liberis ac superstibis morietur, qvaritur an tunc Expectativa adhuc valeat? Qvod qvidem, ut in casu supra assert. 19. proposito, optimè qvoq; hic decidi posse existimo ex mente & verbis contrahentium; Aut enim conditio respicit certam personam Vasalli aut non respicit: Priori casu, cum v. gr. Dominus simpliciter dixit: *Dabo tibi feudum si Vasallus ejus possessor sine legitimis successoribus decebat*: extra dubium est, qvod tunc mortuo Vasallo relictis successoribus, & ipsa Expectativa in ejus feudum concessa protinus evanescat; Deficiente enim dispositionis conditione, etiam ipsa dispositio deficit, l. 8. ff. d. peric. & commod. rei. vend. & §. pretium vers. sin autem ille. J. d. Empt. & Vend. Unde DD. dicunt, si conditionalis dispositio affirmet, conditione cedente: ea deficiente, neget, & è contra. Bocer. d. Invest. cap. 5. n. 19. Qvem casum intelligi qvoque puto, qvando in Jure Feud. Sax. cap. 20. dicitur: Wenn der Sohn der nach des Vaters Tode lebet also lang / daß man seine Stimme gehören mag in den vier Wänden des Hauses / so ist er beerbet mit seines Vaters Lehn / und hat es entführt allen denen die Geding daran hätten & cap. 72. versl. Stirbt ein Mann it. LandR. lib. 1. art. 33. versl. Wenn es lebet nach des Vaters Tode / so werden die Lehen und Geding des Herrn den wieder ledig &c. Posteriori autem casu, qvando v. gr. dixit Dominus: *Promitto tibi hoc feudum, quando cum per mortem Vasallus sine heredibus ad me pervenerit*: Expectativam, qvamvis maximè relictis heredibus moriatur Vasallus, firmam tamen adhuc, qvousque omnes liberi decesserint, manere nemo negabit; siqvidem & ipsa conditio tunc non deficit, sed in suspenso saltem relinquitur, extitura vel post centum etiam annorum spaciū, nisi interim alio modo Domino apertum sit feudum, vel ille, cui promissum, cum tota sua familia extinctus sit. Sicuti & eo casu suspenditur solum conditio, qvando Vasallus possessor feudi uxorem relinquit prægnantem. vid. Vultej. 1.F.7.n.69.

XXII. Prioris tamen generis Expectativa, qvæ scil. facta est in casum mortis certi Vasalli; (alteram enim, qvæ personam

C

Vasalli

Vasalli non respicit, licet nati sint post concessani Expectativam supervivantq; Patrem liberi, tamen non infirmari alias ex præced. assert. patet) ex eo capite non infringitur, si ante mortem Vasallus liberos generet; (modo non Patrem supervivant,) eò qvod nihilominus fieri possit, ut Vasallus remoto illo obstaculo sine libertis moriatur, & ita conditio impleatur. Ea enim tempus mortis Vasalli respicit, nec quicquam ei, cui promissum est feudum, officit, si quid ante mortem Vasalli fiat, ex quo conditio illa deficeretur. Videatur Vult. l. cit. Dn. D. Svev. disp. scit. assert. 9. Carpz. disp. cit. pos. 38. Schulz. l. cit. n. 52. Bocer. loc. cit. Schrad. part. 3. cap. 2. n. 20. vers. Si tamen eo tempore & sequenti. Qvod & clare decidit Jus feud. Sax. dict. cap. 20. Der Sohn der vor den Vater stirbet/der ist kein Lehnsh. Erbe / wenn er mit den Lehn nicht beerbt ist/darum so bricht er niemand das Geding/dass ihm an des Vaters Guth zugesaget ward &c.

XXIII. Nec ad hoc ut valeat Expectativa, consensus Vasalli possessoris, ut jam supra in definitione dictum est, requiriatur: Cum (1.) Vasallo viventi nullum detrimentum per eam infieratur, quâ ratione utitur Feudista 1. F. 27. in f. (2.) promissio ista in casum eum, quo ob deficientiam Domino aperietur feudum, concipiatur, ut nulla inde subesse possit præsumtio maligni consilii. (3.) nec ullum Jus in re ita conditionaliter investito tribuitur, cuius intuitu consensu ipsius Vasalli opus esset. (4.) nec de rebus Vasalli, sed Domini, aliquando ad ipsum reverturis disponatur (5.) Textus feudales expressè id probent: 2. F. 26. §. Morib. ubi feudista, In tali Investitura, ait, consensus ejus de cuius feudo fit exquiri non oportet & cap. 35. 2. Feud. ubi habetur sub tempore vel conditione, quia feudum sibi aperiatur, valebit Investitura etiam sine Voluntate Vasalli facta (6.) Iure Feud. Sax. etiam comprobatur Lehn R. cap. 10. pr. Eßliche Leute sagen dass man kein Geding jemand leihen möge/man bitte denn den darum der das Guth in gewahr hat/das ist doch nicht &c. & ibi: dass man das Geding an einen Guth ohne des Willen / der das Guth in Besitz und Gewährten hat/verleihen möge. Deniq; (7.) etiam praxi ipsa confirmetur; ut videre est ex eleganti in hanc rem præjudicio in Scabinatu Lipsiensi in causa Heinrich von Verbisdorff / 1630, mens. Jun. lato, qvod

quod est ap. B. Carpz. ad. p. 2. C. XLV. d. i. Vide allegatos Autores locc. citt.

XXIV. Hæc hactenus expedita sunt; Restat ut de Obligatione qvæ ex hâc promissione oritur aliqua dicamus; quod commode fieri haud potest, nisi omnem promissionum vim & efficaciam simul explicemus. Cum vero accuratisimè, ut ego qvidem reor, hanc ipsam materiam Magnificus Dn<sup>o</sup> Præses, Patron<sup>o</sup> ac Mecœnas meus æternum mihi devenerandus in suâ solenni Je-næ An. 1657. quam habuit de Votis disputatione tractaverit, ad quam hâc in parte me referto, non admodum diffusus ero in ea exponenda; Sufficiat ex eâdem hîc annotâsse: quod aliud sit propositum habere aliquid promittendi; aliud propositum id verbis simpliciter enunciare; v. gr. cum qvis dicit, Ego nunc habeo propositum dandi centum Cajo; aliud demum ipsa promissio. Ex proposito nulla oritur obligatio; Recte enim HUGO GROTIUS d. J. B. ac. P. L. II. c. II. n. 2. ait: *Habet animus humanus non tantum naturalem potentiam mutandi consilium sed et jus*; sicut & ex proposito simpliciter enunciato nemo obligatur. Observare tamen debet hic talis ut verba proferat consona menti, ne mendacium incurrat. Ex promissione autem qvando qvis cum Voluntate hâc suâ dandi Cajo centum, Caji quoq; Voluntatem concurrere facit, obligatio oritur, quod vel vocabuli vis ostendit. *Nam à ligando atq; vinciendo verbum obligare deducitur, prepositione OB augente verbi significatum Magnif. Dn. Præses loc. cit.* Illam ipsam autem obligationem aliam ex honestate tantum, qvæ fidem dictis nos addere jubet; aliam ex Justitiæ quoq; regula, qvæ suum cuiq; tribui vult, Moralista ducunt; ita ut ille qvidem qui ita pollicitus est: *Ego propositum habeo dandi Tibi centum, ac peto à Te ut mibi eredas*; qvia saltē fidem sibi haberi ab altero petiūt nihil juris vero adhuc in alium transtulit, ad implendam fidem cogi Jure naturæ non possit, interim tamen ex honestate morali, ne perfidus audiat, ut dictis suis facta conformet, obstriclus sit. Quare rectius eam tanquam minus plenam amplissimus Dn. Struvius ex numero obligationū propriè dictarum aufert, Syntagma. Juriſpr. Exerc. VI. th. XI. Qui autem verè promisit e. gr. qvando dixit. *Ego promitto tibi centum, si acceptaverit alter hanc promissionem, (necessarium*

enim & naturale requisitum obligationis acceptatio est) verē qvoq; & efficaciter, & secundum Moralistas ex Justitiæ regula se obligavit, ita ut si nolit, ad implendam promissionem cogi Jure naturæ scil. (ex Jure Civ. enim neminem ad hęc talia cogi potuisse olim, mox in thesi sequenti audiemus.) Cum enim Justitia unicuiq; suum tribui velit; per acceptationem autem aliquid ad acceptantem transisse ex ipsa naturā vocabuli pateat; non potest non seqvi promittentem Voluntatem suam invito promissario amplius mutare haud posse; nisi alterius Jus lədere & ita manifestissimam Injustitiæ notam incurrere velit. Qvod ipsum Iatius HUGO GROTIUS l. cit. n. 14. exemplo vel ab ipso DEO petitio probat ibi: *Ejus quod dicimus insigne nobis argumentum præbene divina oracula, quæ nos docent DEmum ipsum, qui nulla constituta lege obstringi potest, contra naturam suam facturum nisi promissa præstaret.* Nehem. IX. 8. Hebr. VI. 18. & X. 13. 1. Cor. 1. 19; X. 13. 1. Thess. V. 24. II. Thess. III. 3; II. Tim. II. 13. Unde sequitur, ut promissa prætentur venire ex natura immutabilis Justitiæ, quæ DEO & omnib. his qvi ratione utuntur, suo modo communis est.

XXV. Fundamento itaq; hoc posito ex omni promissione acceptatā obligationem naturalem oriri, porro tenendum est, Non vero continuo obligationem illam naturalem ad obligationem & actionem in foro Juris Romani proficere. Verba sunt supra laudati Magnif. Dni Præsidis in cit. solenni d. Votis disp. th. 10. Facit huc l. 7. §. 4. ff. d. pact. & l. 10. d. V. S. Hinc divisio qvoq; illa orta est, qvā obligatio in naturalem & Civilem dispeſcitur; ita ut sit obligatio naturalis secundu Struv. cit. loc. qva, absolute & in genere, est vinculum s. nexus Juris naturalis s. gentium ad aliquid præstandum isto Jure adstringens l. 59. d. condic. indeb. l. 95. §. 4. d. solut. l. 41. l. 59. verb. naturale vinculum l. 60. l. 64. d. condic. indeb. l. 1. §. 17. ad L. Faſc. Civilis, qvæ hunc naturalem approbat & confirmat §. 1. d. fidejuss. l. 8. §. 3. l. 16. §. 3. ff. eod. l. 1. d. novat. pr. J. d. Obl. verb. &c. Hęc itaq; præter naturale vinculum etiam necessitate Juris Civ. nos adstringir; illa solo naturalis æquitatis Vinculo sustinetur. l. 95. §. 4. d. solut. Non autem exinde concludi debet, ac si licitum sit Jure Civ. alteram fallere, qvia scil. multis natura lib. obligatt. actionem non concedat; cum Jus

Jus Civ. non tollat planè obligationem naturalem, sed saltem in  
foco suo ipsi ob certas rationes non adsistat. Existimaverunt e-  
nim legislatores Romani, quod facile cives labi ac varia dubia ac lites  
possent oriri, si non certo modo statuto conventionib. quælibet pro-  
missiones firmam obligandi vim haberent: statuto vero modo, ex isto  
servato de veramente, certa Voluntate & consensu contrahentium,  
posset melius atq; certius constare. Ec ideo placuit, ut Jure Civ. Rom.  
in Rep. Romana non omnes conventiones efficaciter obligarent. Struv.  
cit. loc. th. 7. Interim utiq; ex naturali qvoq; obligatione per se  
nascitur actio, quamvis non civilis, tamen qvæ Jure Gentium  
fuit usitata, sine ulla scilicet forma aut solennitate, afferente id  
Wesenb. ad ff. lib. II. n. 9. Quod etiam Struvius velle videtur  
cum in definitione naturalis obligationis addit verba: isto Jure  
adstringens. Hinc DD. secundum jam citatum Wesenb. regu-  
lam in I. I. I. 7. §. I. ff. d. pact. I. 10. & 13. C. eod. constituunt: Ex pa-  
cto, jure naturali sive gentium nasci obligationem naturalem qvæ il-  
lo Jure sit efficax; efficax autem esse aut dici haud potest, si ad exi-  
endum & recipiendum suo modo non proficiat.

XXVI. Plura quidem hac de re subtiliter possent disputa-  
ri adhuc, modus tamen aliquis est adhibendus, maximè cum hæ  
Juris Vet. subtilitates amplius non sint in usu Wesenb. loc. cit.  
Hodiernis enim morib. ex qvovis pacto licito serio initio actio-  
nem dari cuius est manifestum Vinnius ad §. seqvens divisio J.  
de Oblig. n. 1. Struv. I. cit. th. 17. Unde parum qvoad effectum  
nunc refert, an stipulationem ut tales, vel ut pactum nudum va-  
lere velis. Hahn. ad Wesenb. cit. loc. Adducuntur hanc in par-  
tem à DD. primo txx. Jur. Can. c. 1. & 3. d. pact. Can. Juramenti  
q. 5. XXII. can. puellæ q. 1. XX. Deinde Jur. Sax. LandR. lib. I.  
art. 7. pr. ubi habetur: Wer icht borget/entleihet oder gelobet / der  
soll es gelten/und was er thut das soll er stet halten. Tertio qvoq;  
adducitur speciale statutum Wirtemberg. ex Jur. tam Vet. quam  
renovato Alt-LandR. part. 2. tit. welcher bedeckt. zusages p. 222.  
Erneuerst LandR. p. 2. tit. 33. p. 311. qvo expresse cautum est, ut non  
minus nuda pacta valeant quam contractus. Harpprecht. ad J.  
d. Oblig. n. 8. & 9. Schulz. Syn. Instit. d. Except. Struv. cit. I. &c.  
Nec iniqvi quid aut injustitiæ etiam hi hodierni mores fovent:

cum hæc pœta naturaliter & ex æquo & bono, uti jam probatum, obligent; ut adeo ille qui ea non servare præsumeret, contra naturalem æquitatem Conscientiam & officium Viri boni faceret. Qvapropter D. Paulus eos in illis numerat qui capitaliter delinqunt ad Rom. c. I. v. 31. Et gl. Jur. Can. in c. I. d. pœct. mortaliter eos peccare afferit.

XXVII. His ita generaliter cognitis, ex Expectativâ concessâ alteri in casum mortis, promittentem, (promissarium enim tantum ad gratitudinem obligatione illa naturali quæ minus plena à DD. vocatur, tencri, nemo facile negabit) obligari civiliter, actionemque inde contra ipsum dari civilem afferimus.

XXVIII. Diximus promittentem obligari civiliter: ubi notandum, quod per voculam civiliter hæc non eam intendamus civilem obligationem quæ ex Jure Civ. Romano solennitates suas accepit, verum eam quæ ex consuetudinibus feudalibus robur suum habet; propterea autem dicimus civilem, quia vim legis Civilis ipsæ hæc consuetudines jam obtinent & ex iis promittens obligatur implere promissionem de alterius feudo alteri in casum mortis factam, ut patet ex multis supra citatis texx: feud. Præterea idem quoque hodiernis moribus hæc operatur obligatio in foro Civili ac olim civilis in foro Romano. An vero præcisè ad feendum promissum tradendum, si facultatem alias tradendi habeat, ex hæc promissione obligetur Dominus, an vero præstatione tamen interesse liberetur, multi adhuc dubitant. Nos, quicquid alii in contrarium afferant, facimus hic cum Struvio Syntagm. Jur. Feud. cap. VII. aph. VII. ibi in Exeg. n. I. ubi, postquam Autores aliquot pro & contra simpliciter quæstionem vel negantes vel affirmantes adduxit, tandem concludit: *Hæc doctrina non videtur simpliciter admittenda, sed attendenda natura conventionis, quæ feendum promittitur: secundum quam naturam utique obligatus erit Dominus: e. gr. si per donationem feendum promiserit, ad præcisæ tradendum tenetur §. 2. J. d. donat. l. 35. §. ult. C. eod. N. 162. c. I. Similiter obligatur, si emtio venditio intercesserit §. I. de emt. vendit. d. §. 2. d. donat. l. 50. d. act. emt. l. 6. C. d. rele. vendit. &c. Obligatur itaque Dominus ad feendum conditione existente præcisæ tradendum, ubi conventionis natura hoc postulat, & illa alias, uti dictum*

dictum, tradendi facultatem habeat; præstatione interesse se libetaturus, si conventionis conditio permiserit.

XXIX. Actionem quod concernit, eodem modo, quo obligatio, dicitur civilis; & quidem in specie, quia non res sed persona obligata est, personalis. Ubi notandum, quod omnes actiones circa feuda, quæ competit, quantumvis, maximè quoad nomen, ex Jure Civ. descendere videantur, e. gr. quando hæc nostra actio dicitur personalis; nihilominus tamen institutæ ad feudum vel tatione feudi, tanquam ad rem feudalem feudales efficiantur, naturamque conditionem & qualitatem feudalem fortiantur; Namque clari Juris est, quod regulariter omnes actiones etiam personales fortiantur naturam, conditionem & qualitatem illius rei, pro qua re illæ actiones competit & instituuntur, Schrad. part. 10. Sect. 5. n. 54. & 55. Si autem specialius adhuc etiam ex natura Conventionis quâ feudum promissum est, actionem denominare velis, ita ut, si stipulatio intercesserit, sit actio ex stipulatu, si emtio venditio, actio exempto &c. minimè errabis; cum & omnes actiones secundum eundem Schrad. l. cit. num. 68. ex contractu aut conventione descendentes in naturam & proprietatem praecedentis contratenus aut conventionis abeant. Interim & his omnibus etiam causibus vel saltem & in primis in promissione vel obligatione, cum in aliud speciale conventionis nomen non transiverit, condicione ex moribus seu lege feudali recte agi posse verissimè asserit Rosenthal. cap. XII. concl. XI. ubi totam hanc actionum feudalium materiam ex professo latissimè explicat & exponit.

XXX. Ultimo loco adhuc addendum; quod hæc obligatio ad heredes utrinque activè & passivè sit transitoria; distinctione tamen adhibitâ quoad Successores Domini, inter Laicos & Clericos: quorum illos ad antecessorum suorum promissum adimplendum ceteris paribus obstrictos; hos, exceptis excipiendis ab eodem adimplendo immunes asserimus. Sicuti quoque heredes respectu promissarii pro substrata materia intelligimus:

XXXI. Distinctionem inter Laicum & Clericum à nobis factam probant expressi textus feudales, i. F. 3. & 9. II. F. 26. §. Morib. Circa Laicum autem ulterius distingunt DD. ita ut succedat aut jure proprio, aut hereditario; *Hereditario jure succedit, quæ defun-*

defuncto succedit, ita ut causam successionis habeat à defuncto: vel  
qui ipsi defuncto proximè in jus ab ipso, sive secundum legem sive secun-  
dum dispositionem hominis, sibi relictum succedit. Struv. S.J.F. cap.7.  
aph.9.in Exeg. num.1. Ethic talis sive immediate sive mediata, si-  
ve in rebus allodialibus sive feudalibus hereditariis succedat, ex  
conventione & promissione antecessoris sui efficaciter obligatur,  
ut rectè assertit Struv. l.c. Qvod procedit qvoq; licet promittens  
herendum non fecerit mentionem. Idem enim est an dixerit: Si mi-  
hi; an, si Nobis apertum fuerit; qvia vox hæc Mihi restrictiva ad  
personam promittentis haud erit Rosenth. cap.VI. concl. 15. n. 2.  
nisi expressè dixerit Dominus: Si me vivo feudum aperiatur,  
Wo es sich bey meinem Leben verledigen wird: Tunc enim heres  
ipsius tanquam conditione non impleta & ipsam promissionem  
implere non tenet. Ac licet Jus Sax.feud. contrarium disponat:  
c.5. vers. Sonst ist am Geding keine Folge/ c.XI. ibi: Welch Guth  
ein Mann in seinen Gewehren nicht hat ic. c. 26. Es ist aber keine  
Folge daran/c.57. Stirbt auch ein Herr. & c.59.versl. Alle Lehn ohne  
Gewehr die haben keine Folge; usū tamen non solum non rece-  
ptum, ut & səpiùs secundum Jus commune judicatum est; verūm  
etiam Elector Sax. ab eo tanquam duriore recessit. part.2. Const.45.  
ibi: Daz dieses Falls nach gemeinen beschriebenen LehnR. hinführō  
sol gesprochen werden. Und nemlich/wen ein LehnHerr welcl. Stan-  
des / iemand ein Angefall verschreibt / ob gleich seiner Erben darin  
nicht gedacht / dasz dennoch dieselben / wo sich der Fall folgends zu-  
trüge/solche Verschreibung/so weit die Vergleichung geschehen/ In-  
halt des Buchstabens zu halten schuldig seyn. Vid. Schulz. Syn. J. F.  
c.9. num.59.

XXXII. Proprio Jure succedere dicitur, qui causam succe-  
dendi non habet ab eo, cui succedit: vel qui non succedit in Jus ab An-  
tecessore sibi relictum, sed aliunde illud acquirit v.gr. per Electionem  
aut successionem ex pacto & providentia. Struv. loc. cit. Hinc talis  
non tenetur factum antecessoris sui præstare; nisi sit filius: ille e-  
nim, qvia nec repudiare potest hereditatem retento beneficio, sed  
aut hereditarium debitum solvere aut simul beneficium repudiare  
tenetur II. F. 45. utiq; & promissum, qvod hoc qvoq; certo modo  
inter debita hereditaria referri potest, rectius servabit; maximè cum  
& ma-

& majori vinculo patri sit adstrictus quam quidem agnatus, qui non habet jus sanguinis ab eo, cui succedit, sicut filius omne id, per quod succedit a Patre, habet; ut et quum inde omnino sit ipsum Patris promissiones servare, recte id monente Struv. cit. l. n. 14. Simili quoque modo agnatus, si simul heres in allodialibus defuncto existat, ob id, quod heres est, ad implendam conventionem ipsius obligatus erit. Sicuti nec ille, qui defuncti pactio[n]es, ante susceptam administrationem confirmavit, aut pacto successorio ei immedia-  
tè successit ab adimplezione hujus promissionis se liberum praestabit. Plures restrictiones vid. ap. DD. dictis II. in primis Schrad. part. III. cap. 2. n. 24. 25. seqq.

XXXIII. Hic quoque personam Imperatoris, an scil. & ille Expectativam alteri in casum mortis a Predecessore concessam ratam habere debeat? nimium est, quantum se torqueant passim DD. aliis ob regulæ generalitatem, qua nemo per Electionem succedentium promissiones defuncti ratis habere cogitur, id negantibus; Schrad. loc. cit. n. 25. Rosenth. cap. VI. concl. 17. n. 2. Vultej. i. F. X. n. 23. Schnob. disp. f. V. th. 28. &c. aliis ideo, quod non ratione personæ, sed Imperii obligetur, Imperium autem, sublatâ licet Imperatoris personâ, salvum tamen semper maneat, simpliciter affirmantibus Treutl. Vol. I. disp. 6. th. 7. lit. b. ff. & a Schrader. part. 4. c. I. n. 21. citatus Bald. I. I. n. 3. ff. d. Const. Prin. Hinc Hugo Grot. I. II. d. J. B. ac P. c. 14. n. 11. generaliter quoque assert: *Omnes successores regni electios quæ tales αὐτοὺς quidem b. e. directè non obligari, quia jus non accipiunt ab eo, qui proximè decessit, sed a populo; sed tamen εὐθύνονται i. e. per interpositam Civitatem obligari.* Mihi haec questione non simpliciter neganda, ita nec simpliciter quoque asserta videtur, sed distinctio adhibenda, utrum intuitu Imperii, & ex utilitate ejus concessio facta sit nec ne. Imò adhuc præjudicialis questione enodanda prius est, Num Imperator jus concedendi Expectativas habeat? quod de feudis majoris momenti vix affirmari potest. Optimè tota haec res ex Capitulationibus Imperatt. decidit potest: Et quidem primo Capitulationi Caroli V. additum legitimus: *Imperii bona quæ forte vacabunt, nemini conferat, sed ad publicum patrimonium referat.* Sleid. lib. I. de Stat. Relig. p. m. 29. Deinde in Capitulatione Ferdinandi III. cap. XXXII. leguntur haec ver-

ba: Wenn auch Lehen dem Reich und Uns bei Zeit unserer Regierung eröffnet und lediglich heimfallen werden/ so etwas merckliches ertragen/ als Fürstenthumb/Graffschafften/Herrschafften/Städte und dergleichen / die sollen und wollen Wir ferner niemand leihen/ auch niemand einige Expectanz/oder Anwartung darauf geben/ sondern zu Unterhaltung ic. Qvæ omnia in art.XXX.ultimæ Capitulationis hodierni Imperatoris Leopoldi II.qvem Deus Imperio diu conservare velit, cum additamento repetita sunt hunc in modum: Wenn auch Lehen dem Reich und Uns bei Zeit unserer Regierung durch Todsfall oder Verwürckung eröffnet/ und lediglich heimfallen werden/so etwas merckliches ertragen/ als Fürstenthum/Graffschafften/Städte und dergleichen / die sollen und wollen Wir ohne Vorwissen der 7. Churfürsten ferner niemand leihen/ auch niemanden einige Expectanz oder Anwartung darauf geben/sondern zu Unterhaltung des Reichs Unser und Unser nachkommender König und Kaiser behalten/ einziehen und incorporiren/ doch Uns von wegen Unserer Erblanden und sonst männlich an seinen Rechten und Freyheiten unschädlich.Sollen auch die Lehen Briess und Expectanz über des H. Reichs angehörige Lehen/ welche bei einer andern als Unserer Reichs Canzelen und ohne Vorwissen der Herrn Churfürsten ins künftige ertheilet und ausgesertiget werden möchten/ ganz ungültig seyn. Unde & olim Rudolphum II. Philippo II. Hisp. Regi Vicariatum Visentii ab ipso petenti, in consuleis Principibus Imperii id ritè peragi non posse, respondisse refert Arumæus Disc. ad A.B.4.p.m. 223. Ex qvibus omnibus cum facilè constet, qvousqve potestas Imperatt. hodiernis moribus circa hæc talia se extendat, neminem latere amplius posse existimo, qvousqve & eorum inde promissio valitura sit.

XXXIV. Hæc de successore Laico dicta sufficient. Clericus promittit aut de rebus propriis aut de rebus Ecclesiæ. Priori modo per omnia Laico comparatur per ea, qvæ tradunt Vultej.l.cit. n.25. Rosenth.l.cit.concl.15.n.7.& ibi gl.f.Schrad.l.cit. n.33. Posteriori a. casu successor Clerici promissionem de caducitate feudi in bonis Ecclesiæ adimplere non tenetur per textus expressos 1.F.3. 9.25.& 2. F.26. §.morib. Nisi (1) aut Consensu Capituli facta sit; qvia tunc Capitulum, qvod non moritur, se obligasse simul dicendum est. Aut

(2) in-

(2) inductus sit promissarius in possessionē feudi promissi cum consensu possessoris i.F.3. Aut (3) ipse successor factum defuncti ratum habere velit; *Siquidem hoc quin illi liceat in controversiam vocare puerile foret*, asserente id Rosenth.l.cit. concl.16.n.6. Qvare prospiciat sibi hoc casu promissarius, ut aut consensu Capituli promittatur ipsi feudum, aut in ejus possessionem consentiente possessore inducatur; Sic enim & eo certior qvoq; erit de futura successione. Pluta vide, sis, ap.cit. Struv.Rosenth.citt.II. & Schrad.l.cit.n.34.35. seqq.

XXXV. Cæterum ad promissionem Antecessorum non solum leges aut mores feudales heredes obligant, verum ipsa præterea naturalis æquitas hoc efflagitat. *Æquum enim omnino est*, ut factum qvis prestat ejus persona, ex quâ lucrum capit l.149. ff. d. R. J. Et in cujus omne jus qvis succedit l.37. ff. d. acqvir. l. amitt. hered. etiam ejus obligationem in se recipiat; cum & jure Civ. suscipiens in se jus demortui, omne ejus rei sive commodum sive incommodum in se suscipere necesse habeat l.i. & 3. ff. d. Bon. poss. Præterea spontaneè qvoq; se heres ad promissionem defuncti obligat; cum in illiq arbitrio sit, an adire velit hereditatem an repudiare. Ac proinde adeundo hereditatem simul omnia commoda & incommoda hereditaria voluntate sua suscipit. Qvapropter justissimè Justinian.in Nov.48. constituit: ut nemo heredum, qvoniam una quodammodo persona cum defuncto videatur, contra factum defuncti resultare præsumat. Qvod autem proprio Jure succedens à præstatione facti defuncti liber sit, ratio differentiæ in eo est; qvia hic suo jure, sive vi electionis, sive successionis ex pacto & providentia, sive etiam occupationis id fiat, succedit, nec usquam ab antecessore in causa habendi dependet; qvapropter nec autorem eum agnoscere, aut facta ejus præstare tenetur.

XXXVI. Sicuti autem à parte Domini promittentis obligatio promissionis passivè i.F.9. 2.F.26. §. morib. & 2.F.58. §. item sciendum, ibi: item heres; ita à parte Vasalli promissarii activè ad heredes transit. arg. 2. F.18. verb. *unusquisq; sibi suisq; heredibus videtur prospexisse*. Huc faciunt qvoq; mutatis mutandis rationes in præcedente thesi qvoad heredes Domini allegatae; præcipue lex 37. ff. d. acqvir. vel amitt. hered. ubi dicitur: qvod in omne jus defuncti succedit heres; qvicunq; autem dicit **omne**, ille nullum excipit, & per

77.

per conseqvens in hoc quoque heres jus obligationis activè succedit: it. lex 59. ff. d. R.J. ubi dicitur: quod heres ejusdem potestatis jurisq; sit, cuius fuerit defunctus; et quum eapropter omnino erit, ut, quoniam hoc jus obligationis defuncto competebat, idem & heredi ejus competat. Et ampliatur hoc: licet renovatio nunquam petita, das es nicht befolget worden. Quemadmodum id probant verba Sententiae Scabin. Lips. apud B. Carpz. ad part. 2. C. 45. d. 10. Und es würden Eure Erben / unangeschen ihr dem Gedinge uss vorgehenden Fall niemahls Folge gehan mit den verledigten LehnGuthe würcklichen belehnet. W.R.W. Heredes a. hic intelliguntur pro substrata materia h. e. feudales. Sicut enim extranei nec ad successionem feudi regulariter quidem admittuntur; ita sanè multo minus hoc casu promissio ad ipsos pertinebit; nisi feudum promissum sit merè aut absolutè hereditarium, aut tamen ad minimum sub tali qualitate promissum. Et licet hic itidem Jus feud. Sax. secundum textus supra in th. 31. allegatos contrariari nobis videatur; quia tamen usus obtinuit, ut & hac in parte semper secundum Jus commune tam responsum quam judicatum sit; in lege autem 23. ff. d. LL. pro regula quasi tradatur: quod haud temerè mutanda sint, quæ semper certam interpretationem habuerint; haud video qua ratione à spe successionis heredes promissarii excludi possint, vid. Schulz. Synops. J. F. cap. IX. n. 60. & 61. Accedit quod Dominus & Vasallus ad paria judicentur & statutum in uno porrigitur ad alterum; arg. 2. F. 6. & 26. §. Domino. Quapropter & suprà citata Elect. C. 45. cum de Domino sententiam nostram confirmet, quin ad heredes Vasalli quoque extendi possit, nullus dubito.

Et hæc de præsenti materia, pro genii atque ingenii modulo,  
rudi tenuique Minervâ dicta sufficiant.  
MELIORA MELIORES.

*Sint grates PATRI&NATO cum FLAMINE SANCTO!*  
FINIS.



**ULB Halle**  
005 127 009



3

DRF



# Farbkarte #13

B.I.G.



D. A. 1693-6  
M JURIS FEUDALIS  
De  
**TATIVA**  
**M MORTIS**  
**CESSA,**  
*Lebergensium Jctorum Ordinis*  
*VIRI*  
*IS MAGNIFICI*  
*LISSIMI, CONSULTISSIMI*  
*ELLENTISSIMI,*  
**ELMI LEISERI,**  
RIS HUJUS ACADEMIAE  
RIÆ ELECTORALIS, SCA-  
LTATIS JURIDICÆ ASSES-  
GRAVISSIMI.  
*ÆCEPTORIS SUI SUB-*  
*IN SIBI DEVENERANDI*  
n AUDITORIO JCTORUM  
svetis d. Julii  
**DAMUS SCHLEUSIN-**  
**ILUCA-LUSATUS**  
HENCKELII, Acad. Typogr.  
M. DC, LXXIII.